LOHOCH,

SIVE

ECLEGMATA.

LOHOCH de PAPAVERE.

℞ Sem. Papav. albi drachmas viginti quinque.
Amygd. dulc. excortic. ex aquâ Rosar. rubr. unciam unam.
Nucleorum Pini mundat.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas sex.
Succi Glycyrrhizæ, unciam unam.
Amyli drachmas duas.
Sem. Portulacæ,
Lactucæ, ana semiunciam.
Cydoniorum drachmas duas.
Croci, drachmam unam.
Sacchari albi cand. uncias quatuor.
Syr. è Papavere erratic. libras tres.

Gummi macerentur in quadruplo colaturæ Syrupi de Pap. erratic. donec prorsus mollescant, dein per cribrum setaceum transmittantur. Amygdalæ, Nuces Pineæ, & Sem. Pap. in mortario marmoreo bene contusa, immisceantur Syrupo, Saccharo, & succo Glycyr. & cum gummi emollitis diu in mortario agitentur. Demum adjiciantur semina Portulacæ, Lactucæ, & Cydoniorum excorticatorum; atque etiam Amylum, & Crocus pulverat. & per setaceum diligenter transmissa, redigantur in formam Lohoch s. a.

LOHOCH SANUM.

℞ Folior. Hyssopi hortensis,
Calaminthæ ana semiunciam.
Jujubarum,
Sebesten, demptis ossiculis, ana paria quindecim.
Uvarum passarum exacinatar.
Ficuum pinguium,
Dactylorum recentiorum, ana uncias duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana drachmas quinque.

Capil-

Capillorum Veneris, manipulum unum.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Rad. Ireos in orbiculos sectæ,
Glycyrrhizæ contusæ,
Cinnamomi, ana unciam dimidiam.

Coquantur omnia ex arte, in aquæ limpidissimæ libris quatuor, ad medias. Additisq; Sacchari Penidiat. libris duabus, & Gum. Tragacanthæ, Arabici, in decocto jam dicto solut. ana drachmis tribus, coque in Syrupum.

Postea incide minutissimè, & contunde
Nucleorum pineorum mundat. drachmas quinque.
Amygdalarum dulcium excorticatarum,
Glycyrrhizæ,
Amyli, ana drachmas tres.
Rad. Ireos drachmas duas.

His ab igne remotis inspergatur Syrupus, gnaviterque pistillo ligneo agitetur, donec albescat.